



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De scholasticæ Theologiæ Vanitate, qua superioris
ætatis homines, doctrinam & religionem suam
tueba[n]tur, Liber, in locos communes digestus. Omnibus
ueræ ac solidæ pietatis studiosis in primis ...**

Sarcerius, Erasmus

Francoforti, 1541

VD16 S 1775

De Peccato in spiritumsanctum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29838

DOCTRINA SCHOLAST.

Motus rationis superioris, in illud quod est ueniale ex genere, est ueniale.

Peccatum ueniale etsi aliqua ex parte displiceat Deo, tamen non facit peccantem displicere Deo. Peccatum ueniale non impedit remissionem peccati mortalis.

sup. 37. a. Vnū ueniale potest remitti sine alio ueniali. Peccatum ueniale remittitur post mortem in purgatorio, quoad culpam & poenam.

DE PECCATO IN spiritum sanctum.

Peccatum in spiritum sanctum extenuandū est, ne propter illud homines adigantur ad desperationem.

Peccatum in spiritum sanctum est, quando uoluntas peccat ex libertate propria, non condelectando appetitui sensitivo, nec ex errore rationis, & qui sic peccat, peccat ex malitia, quia non ex passione siue odio, nec ex errore in ratione peccat, ibi enim est plenissima ratio peccati, quia plenissima ratio uoluntarij, quia nihil est aliud a uoluntate alliciens eam ad malum, neq; in sensu, neque in intellectu, sed ex mera libertate sua, siue aliqua occasione extrinseca eligi uelle contra dictamen rationis, etiamsi non tendat in ipsum malum sub ratione mali. Et hoc

DE PECCATO IN SPIR. 46

hoc peccatum dicitur committi in spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas.

Peccatum in spiritum sanctum nihil aliud est quam malitia, hoc est, quando uoluntas potest & sic resistere alicui malo, & tamen ex sola malitia illud eligit.

Quantum ad culpam attinet, peccatum in spiritum sanctum est fere semper, irremissibile.

Peccatum in spiritum sanctum dicitur irremissibile, quia non legitur remissum.

Peccatum in spiritum sanctum est, peccare ex electione mali, & tantum ex malitia, quæ est cum contemptu bonorum impediendum peccatum.

DE LEGE NATVRALI.

Naturalis cognitio Dei ante lapsum, aliqua fuit Dei notitia, sed non perfectissima, hoc est, talis, quod Deus creet, gubernet, et conseruet omnia.

Naturalis notitia Dei habet eandem efficaciam in cognoscendo deo et colendo, quam habuit ante lapsum. Lex naturalis est signum naturaliter habitum notificatum recte ratiocinationis diuine, uolentis creaturam rationalem ligam ad aliquid agendum, pro consecutione finis sui naturalis, que est felicitas humana, siue monastica, siue economica, siue politica.

Lex